

capitulum XV

- (1) *Postero die* (a) castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis _____ (= *coegit; habebat + part. perf. pass.*), praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant.

(1a): ablativus _____.

- (2) Qui cupidius _____ (= *postremum; superl.*) agmen insecuti *alieno loco* (a) cum equitatu Helvetiorum proelium _____ (= *incipiunt*); et pauci de nostris cadunt.

(2a): ablativus _____.

- (3) *Quo proelio* (a) sublatis Helvetii, quod *quingentis equitibus* (b) tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere non numquam et novissimo agmine proelio nostros lacerare coeperunt.

(3a): ablativus _____.

(3b): ablativus _____.

- (4) Caesar suos a proelio continebat, ac satis habebat in praesentia hostem *rapinis populationibusque* (a) prohibere.

(4a): ablativus _____.

- (5) Ita dies circiter quindecim iter fecerunt ut inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius *quinis aut senis* (a; = quam quina aut sena milia) milibus passuum interesset.

(5a): ablativus _____.